

## 28. Amoris opulentiam

Piae Cantiones 1582

Anonymus

A - mo - ris o - pu - len - ti - am  
Ex - pul - sus sum ab om - ni - bus

6  
Chri - stus mor - te te - sta - tur, ad ve - ram  
ut ex - ul - cum ex - u - li - bus, moe - stum de

11  
poe - ni - ten - ti - am su - os sem - per hor -  
su - is do - mi - bus ex - pel - lunt me cum

16  
ta - tur. Au - di - to quod re - pen - di -  
ca - ni - bus.

22  
tur coe - lo - rum Rex of - fen - di - tur.

2. Remotis meis vestibus sum funibus ligatus,  
Iniuste victus testibus, flagellis flagellatus,  
Amaris passionibus iuncturas dissoluebant,  
Gingivae tusionibus oris intumescebant,  
Rumpuntur venae tactibus, assiduis incurisibus.
3. Alapis caesa centies est veneranda facies,  
Coagulatus quinquies sanguis deformat species,  
Intitulatur passio, honoris exhibitio:  
Angore cor inficitur, cruci corpus affigitur,  
Pedes perfossi pondera portarunt salutifera.
4. Latus ferro transfigitur, spinis punctus arguitur,  
Extensa membra tenera, pendent nudata viscera,  
Naturae solvi debitum, Patri commendans spiritum,  
Attende qualem exitum sum passus et interitum,  
Discurrere probans omnia quod nemo curat talia.
5. O qualis retributio, contrarii commissio,  
Magistratus despectio pro charitatis studio,  
Infelix finis talium, aeterna mors stipendium,  
Naturarum exclamatio sum semper et probatio,  
Ut Samson, fortis viribus oro pro peccatoribus.
6. Suavis Deus omnium miserere peccantium,  
Tales vermes occidere, quid tibi pro hoc gloriae?  
Eis magis compatere, tu Pater omnis gratiae,  
Convertere laudabilis, et esto deprecabilis,  
Ubi misericordiae? Davidis in progenie.
7. Memorare substantiae Pater, tuae familiae,  
Affatur Patrem Filius quod vix fiat celerius,  
Miserebor ramusculis David fugatis vitiis,  
Aeternitatis cellulis locans pro poenitentiis,  
Nobis optati taliter regnabunt aeternaliter.